Bulla Reformatiōis S.d.n.dñi Leo-
nis.X.Pont.Max. Sacro approbā-
te Concilio edita: Lecta in Nona Seſ-
ſione per Reuereñ. Patrem dñm Ar-
chiepm Neapolitañ. in Sacroſancta
Lateraneñ. Baſilica ſolemniter cele-
brata: Ultimate impreſſa.



Bulla Reformatióis S.d.n.dñi Leonis.X. Pont. Max. Sacro approbãte Concilio edita: Lecta in Nona Seſſione per Reuereñ. Patrem dñm Archiep̄m Neapolitañ. in Sacroſancta Lateraneñ. Baſilica ſolemniter celebrata: Vltimate impreſſa.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei: Ad perpetuã rei memoriã/Sacro approbañ. Concilio.

¶ Supne diſpoſitionis arbitrio: quo celeſtia pariter & terrena in-
effabili prouidẽtia diſponũtur: in ſublimi beati Petri ſolio: Chri-
ſti unigeniti dei filii gerẽtẽ uices in terris Ro. Pont. decet impri-
mis pro cura & ſalute dñici Gregis ſibi diuinitus cõmiſſi: ꝓuidẽ
exercere Paſtoris officiũ. Quare pro dicti Paſtoralis officii ſolli
citudine: cũ Eccleſiaſticã diſciplinã: ac per omnes fere Chriſtifi-
deliũ gradus: bene recteq̄ꝫ uiuendi regulã: tempoꝝ difficultatẽ:
ac hominũ malitia: licentiaq̄ꝫ & impunitate in deterius ita labi:
diffluere aberrareq̄ꝫ lõgius a recta uia animaduerterimus: ut niſi
prouida corrigatꝰ emendatione: in uarios errores ſecuritate pec-
candi quottidie magis incidere: moxq̄ꝫ obortis publice ſcãdalis
prorumpere ſit uerendũ.

¶ Cupientes igitꝰ/qtũs nobis ex alto ꝑmittitur: ea iam nimiũ in-
ualeſcẽtia mala corrigere: ac pleraq̄ꝫ in priſtinã ſacroꝝ Canonũ
obſeruantiam reducere: ac in melius/iuxta ſctõꝝ Patrũ inſtituta
(dante dño) reformare: eaq̄ꝫ omnia/ſacro approbãte Lateranẽñ.
Cõcilio/a fe. re. Iulio Papa. II. predeceſſore nr̃o: inter alia ꝓpte-
rea incepto: & ꝑ nos cõtinuato ſalubriter moderari: ut ab hiis ſu-
mamus exordiũ: que pro nũc magis expedire uidentꝰ: & que ſepe
ꝑ ſingulas etates neglecta: magnã xp̄iane religioni attulere per-
niciẽ: & in Eccl'ia dei maxima ſcãdala pepererũt: A promotioni
bus ſcilicet ad Eccleſiaſticas dignitates cõſtituimus exordiri.

¶ Cũ pie me. Alexander Papa. III. etiã predeceſſor noſter/etiam
in Lateraneñ. Cõcilio decreuerit: ut etas: morũ grauitas: ac lr̃aꝝ
ſcientia: in perſonis promouendis in Ep̄os & Abbates diligen-
ter inquirantur: nihilq̄ꝫ magis dei Eccleſie officiat: q̄ cum ĩmeriti
aſſumũtur Prelati ad regimẽ Eccleſiaꝝ. Propterea in promotio-
nibus Prelatoꝝ: quaꝝ a Ro. Pont. magna ratio haberi debet: eo
preſertim/ꝙ de promotis per eos ad Eccleſias ſeu Monaſteria in
extremo Iudicio rationem deo reddituri ſunt.

¶ Statuimus & ordinamus: ut deinceps perpetuis futuris tp̄ibus
P̃triarchalibus: Metropol'. ac Cathedralibus eccl'iis & Monaſte-
riis pro tp̄e uacãtibus: de ꝑſonis iuxta prefati Alexandri conſtitu
tionem: etate matura: grauitate morũ: litterarũq̄ꝫ ſciẽtia preditis
nõ ad alicuius inſtantiam per Cõmendã: uel adminiſtrationem
ſeu conſeruationẽ: aut alio quouis modo prouideatꝰ: niſi ratione
utilitatis Eccl'iaꝝ: prudentie: nobilitatis: probitatis: experientie:
atq̄ꝫ Curialitatis antique/cũ cõpetenti lr̃atura: & in Sedem Apo.
meritoꝝ/aliter uiſum fuerit faciendũ. Idemq̄ꝫ in electis & poſtu-
latis: quoꝝ electiones & poſtulationes per Sedem Apoſtolicam
admitti conſueuerũt/uolumus obſeruari. Et ſi de minoribus eta-
te. xxx. annoꝝ/Eccl'iis: aut Monaſteriis: hm̃õi contigerit proui-
deri: nõ diſpenſetur cũ eiſdem: ut Eccleſiis citra. xxvii. etatis An-
nũ: Monaſteriis uero citra. xxii. preeſſe ualeãt.

¶ Quinĩmo ut accuratius: diligẽtiuſq̄ꝫ idonee ꝑſone promouean
tur: Statuimus ut Cardinalis: cui electionis poſtulationis aut ꝓui
ſionis Eccl'ie ſeu Monaſterii relatio cõmittetꝰ: anteq̄ in ſacro Cõ
ſiſtorio (ut moris eſt) referat Cõmiſſionẽ examinis ac relationis
hm̃õi ſibi datam: uni cuiuſlibet ordinis antiquiori Cardinali in
ipſo Conſiſtorio per ſeipſum: uel ſi ea die: qua ſibi Cõmiſſionis
onus iniunctũ fuerit/Conſiſtoriũ nõ fuerit: per Secretariũ ſuum:
aut aliũ quemlibet ex ſuis domeſticis Familiaribus notam facere
debeat: qui tres priores aliis q̄ primũ ſui ordinis Cardi. eam ſigni
ficare teneantꝰ: Negotiũq̄ꝫ electionis adminiſtrationis poſtula-
tioniſue aut promotionis ſummarie & de plano per ſeipſum di-
ctus relator examinet. Et ſi qui cõtradixerit: hiis uocatis/idoneos
graues & fidedignos teſtes: & ſi expediens opusue fuerit/alios ex
officio aſſumere: proceſſuſq̄ꝫ & iura eiuſmodi relationis: una cũ
dictis teſtiũ: die faciende relationis: ſecum ad Conſiſtoriũ defer-
re debeat: neq̄ꝫ ullo modo referat: ſi preſens in Curia promouen
dus: maiorem Card. partem antea nõ adiuerit: ut que a referente
Collega ſint Cardinales audituri/oculata fide quantũ ad perſonã
promouendi attinet cognoſcere poſſint.

¶ Promotus uero eoſdẽ Card. qui p̃ñtes in Curia fuerint ex anti-
quo more: conſuetudineq̄ꝫ laudabili: q̄ primum uiſitare teneatur.
Quem quidẽ morem: laudabilemq̄ꝫ conſuetudinẽ innouamus:
ac inuiolabiliter obſeruari mandamus.

¶ Et qm̃ Ep̄alem dignitatẽ tueri illeſam: & ne improboꝝ impu-
gnatiõibus: aut accuſantiũ calũniis paſſim pateat/muniri par eſt:
Statuimus: ut nullus Ep̄s aut Abbas: quouis inſtãte ac requirente
niſi ſibi copia: & facultas legitime defenſionis ꝑmittatur: etiamſi
crimina fuerint notoria: diligẽterq̄ꝫ partibus auditis cauſa plena-

rie probata fuerit/priuari ualeat.

¶ Ne ue aliqs Prelatus inuitus/ niſi aliis iuſtis efficacibuſq; rõnibus & cauſis trãſferat̃ iuxta formã ac decretũ Cõcilii Cõſtãtieñ.

¶ Et qm̃ ex Cõmendis monaſterioꝝ:ut magr̃a rerũ Experientia ſepius docuit: Monaſteria ipſa tam in ſpiritualibus q̃ in tpalibus grauiter ledunt̃:quippe quoꝝ edificia ptim Cõmendatarioꝝ negligentia: ptim auaritia uel incuria collabunt̃: & indies diuinus cultus in eis magis diminuit̃:paſſimq; obloquẽdi materia pſonis preſertim ſecularibus prebet̃: non abſq; dignitatis Aplice Sedis diminutione:a qua Cõmende hmõi pficiſcunt̃:ut eoꝝ indemnitati ſalubriter cõſulatur: Volumus ac ſancimus: ut cũ illa p obitũ Abbatũ:q illis preerãt uacauerĩt:nullo pacto cuiq̃ poſſint cõmẽdari:niſi pro cõſeruatione auctoritatis Aplice Sedis: & ad occurrendũ malitiis illã impugnantiũ pro tpm qualitate: alr̃ nobis de Fratrũ cõſilio uiſum fuerit expedire: Sed de pſona idonea iuxta preſcriptã Conſtitutionẽ:iis ita puideat̃: ut illis idonei Abbates (put decet)prefuturi ſint. Ea uero Monaſteria que cõmẽdata fuerint:cũ p eoꝝ ceſſum uel deceſſum:qbus erãt cõmendata:Cõmẽde hmõi ceſſauerint Car.dũtaxat ac perſonis qualificatis:& bene meritis cõmendari poſſint:ita tñ q eoꝝ Monaſterioꝝ Cõmendatarii: qbus ea de cetero cõmendata fuerint: cuiuſuis dignitatis honoris & preminentie exiſtãt:etiã ſi Cardinalatus honore & dignitate fungant̃: ſi Mẽſam habuerint ſepatam ac ſeorſum a mẽſa cõuẽtuali: quartã ſue menſe ptẽ pro inſtauratione Fabrice: ſeu p ornamẽtis ueſtibus ac paramẽtis emẽdis ſarciẽdiſq;: aut pauperꝝ alimonia & ſuſtẽtatione:ut maior exiget ac ſuadebit neceſſitas.

¶ Si uero Menſa fuerit cõis: Tertiam omniũ fructuũ dicti Monaſterii ſibi cõmendati partẽ: pro ſupradictis oneribus ſupportandis: & ſuſtentatione Monachoꝝ omnibus aliis deductis oneribus impartiri teneãtur. Ac littere: que ſuper Monaſterioꝝ hmõi Cõmendis expedientur: cũ Clauſula hoc ipſum ſpecifice exprimente debeant expediri: Alioquin ſi aliter expedientur/ nullius ſint roboris uel momenti.

¶ Et qm̃ Eccleſiis hmõi abſq; aliqua fructuũ diminutione prouidere decet:ut tam dignitati Preſidentiũ:q̃ Eccleſiaꝝ & edificioꝝ neceſſitati conſulatur:Decernimus pariter ac ſtatuimus: ut ſuper earundẽ Eccleſiaꝝ fructibus Penſiones minime reſeruentur:niſi ex Reſignationis cauſa:aut etiam alia:que in ſecreto Conſiſtorio iuſta probabilis & honeſta habita fuerit.

¶ Statuimus quoq; ut de cetero prochiales Eccleſie:ac dignitates maiores & principales: aliaq; bñficia eccleſiaſtica: quoꝝ fructus redditus & proueñ. Ducentoꝝ Ducatoꝝ auri de Camera ſe. co. ex.ualorem annuũ non conſtituunt uel attingunt. Necnõ Hoſpitalia/Leproſarie/Xenodochia cuiuſcũq; ualoris: que ad Pauperꝝ uſum & alimoniã inſtituta ſunt S.R.E.Car. nõ cõmendentur:aut alio quouis titulo conferantur: niſi per obitum familiariũ ſuoꝝ uacauerint:que illis cõmendari poſſint: ut illa ad aliaꝝ perſonaꝝ ſibi grataꝝ/& idoneaꝝ cõmodũ infra Sex menſes dimittere teneantur: quibus etiã quoad beneficia: ad que haberent regreſſum preiudicare nõ intendimus.

¶ Ordinamus etiã ne Eccleſiaꝝ ac quorũcunq; Monaſterioꝝ & Militiaꝝ mẽbra a ſuo Capite/quod eſt abſurdũ/abſq; legitima & rationabili cauſa diſiungantur:aut ſeparentur.

¶ Vniones perpetue: preterq̃ in caſibus a Iure permiſſis:uel ſine rationabili cauſa nequaq̃ fiant.

¶ Diſpenſationes autem ad plura incompatibilia ultra duo: niſi qualificatis iuxta formã Iuris cõmunis non concedantur: niſi ex magna & urgenti cauſa.

¶ Et Perſonis cuiuſcũq; dignitatis Parrochiales Eccleſias:& earꝝ perpetuas Vicarias: ac dignitates maiores & principales: etiam per uiam unionis uel Cõmende ad uitã ultra Quattuor obtinentibus:Ex nũc terminũ duoꝝ Annoꝝ pfigimus: ut interim quattuor tantũ ex eis retentis:reliquas dimittere teneantur.Et bñficia dimittenda hmõi reſignari ualeant in manibus Ordinarioꝝ: ad effectũ:ut de illis prouideatur perſonis per eos nominandis/quacunq; reſeruatione:etiã generali:etiam ex qualitatibus reſignantiũ perſonaꝝ reſultante nõ obſtante.Quo elapſo termino:niſi dimiſerint:omnia uacare cenſeantur: ac poſſint libere ut uacantia impetrari. Taleſq; preterea retinentes: penas Extrauagantis Execrabilis recolende memorie Ioannis Pape.xxii.etiam predeceſſoris noſtri incurrant.

¶ Item ſtatuimus: ut ſpeciales Reſeruationes quorũcunq; beneficioꝝ:ad cuiuſuis inſtantiã minime concedantur.

DE CARDINALIBVS.

ET cum S.R.E.Cardinales ceteros oẽs in ipſa Eccleſia poſt ſummũ Pontificẽ honore ac dignitate precedant: Conueniens ac debitũ eſt: ut uite mũditia: ac uirtutũ ſplendore cũctis preſulgeãt. Quapropter nõ modo hortamur eos/ ac monemus: uerumetiã ſtatuimus & ordinamus: ut de cetero ꝗlibet Cardinaliũ pro tp̃e exiſtentiũ: iuxta doctrinã Apl̃i/ita ſobrie caſte ac pie uiuat: ut nõ ſolũ a malo: ſed ab omni etiã ſpecie mali abſtinẽs corã hoĩbus luceat. Deumq; in primis opibus honorificet: Sint oẽs uigiles: ac diuinis Officiis: Miſſarũq; celebrationibus intenti: Habeãtq; Capellas ſuas in loco honeſto: prout facere conſueuerunt. Sitq; eoꝝ Domus/Familia/Menſa/Suppellexq; nõ faſtu: aut pompa: neq; ſupfluis rebus: neq; aliquo modo rep̃henſibilis: ne peccãdi excedendiq; modũ licentia inde naſcat̃: Sed(ut equũ eſt)modeſtie & frugalitatis ſpeculũ dici mereant̃. Illis itaq; ſint contenti: que Sacerdotalem preſeferãt modeſtiã.

¶Ac Prelatos: & quoſcunq; alios inſignes Viros ad Ro.Cu.uenientes/benigne honorificeq; tam publice ꝙ priuatim tractent: & apud Nos: & Succeſſores noſtros gratioſe liberaliterq; eorum negotia cõmendata ſuſcipiant.

¶Preterea miniſteriũ indecoꝝ Epoꝝ Prelatorũq; in Domibus nõ habeãt: ne ceteris preeſſe inſtituti: & ſacro charactere inſigniti in uilia deſcẽdãt miniſteria: paſſimq; Paſtoralis officii cõtemptũ inducãt: Eos itaq; quos uel nũc hñt: uel impoſteꝝ ſũt habituri: honorifice ut fratres: ac iuxta eoꝝ ſtatus condecentiã tractent.

¶Cũq; Ro.Pont.cõi omniũ xp̃ifideliũ Patri aſſiſtant: Perſonaꝝ acceptatores: uel Aduocatos eos fieri ualde incõueniens eſt.

¶Propterea ſtatuimus: ne partialitatẽ ſuſcipiãt aliquã: neq; Principum: aut Cõitatum: uel quorũcunq; alioꝝ/contra quemq̃: niſi quantũ Iuſtitia & equitas poſtulat: eorũq; dignitas & conditio requirit: Promotores aut defenſores fiant: Sed a priuata omni paſſione ſeiuncti: ſedandis & cõponendis inter quoſcũq; litibus: omni diligentia uacent incumbantq;.

¶Principũ: & quorũcunq; alioꝝ: ac preſertim Pauperũ: & Religioſoꝝ iuſta negotia pio promoueant affectu: Oppreſſos: & iniuſte grauatos iuxta uires ſuas: & Officii debitũ adiuuent.

¶Tituli ſui loca: ſi p̃ntes in Cu.fuerint pſonaliter: Si uero abſ̃ntes per Vicariũ idoneũ/ſemel ſaltem ſingulis Annis uiſitent.

¶Clericos: & Populos Eccl'iaꝝ Titulo ſuo ſubiectaꝝ cũ diligentia inquirant: uigilentq; circa cultũ diuinũ: & bona dictaꝝ Eccleſiaꝝ: moreſq; imprimis: & uitam Clericoꝝ & Parrochianoꝝ ſolerter explorent: eoſq; omnes & ſingulos ad recte honeſteq; uiuendũ paterno moneant affectu.

¶Pro augmento autẽ diuini cultus: & ſalute anime ſue: quilibet Car.uel in uita donet: uel in mortis articulo relinquat ſuo Titulo quãtũ ſit ſatis ad Pb̃rum unũ cõmode ibi ſuſtentandũ: uel ſi Eccleſia indigeat reparatione: uel alia ſubuentione/tantũ illi relinquat uel donet quãtum conſcientie ſue uidebit̃.

¶Et cũ minime deceat affines & cõſanguineos p̃ſertim benemeritos: & ope indigentes negligere: ſed illis p̃uidere iuſtũ & laudabile ſit: nõ propterea tñ uel bñficioꝝ multitudine: uel eccl'iaſticis redditibus ita eos impleri cõuenire arbitramur: ut ceteri damnũ ex hm̃õi largitionis inp̃antia patiant̃: & inde ſcandalũ naſcat̃.

¶Statuimus itaq;: ut Eccleſiaꝝ bona temere nõ effundant: ſed ea in piis & ſanctis opibus exponant: quoꝝ cauſa/ magni & opimi redditus per ſctõs Patres ſtatuti & ordinati fuerunt.

¶Volumus etiã ut Eccleſiis eiſdẽ Car.cõmẽdatis: ẽt ſi Cathedrales: Abbatiales ue: aut Prioratus: uel quecunq; alia bñficia eccleſiaſtica fuerint/abſq; omni prorſus excuſatione procurent: ac omni conatu ſuo prouideãt debite inſeruiri: Cathedralibus dignos & idoneos Vicarios ſeu Suffraganeos/prout cõſuetudo fuerit: cũ digna & cõpetenti mercede apponẽtes: Reliquis aũt ſibi cõmendatis Eccleſiis: aut Monaſteriis de iuſto Clericoꝝ: uel Capellanorum: ſeu Religioſoꝝ: aut Monachoꝝ/ Deo ſufficienter ac laudabiliter ſeruientiũ numero p̃uidentes: Edificia quoq; poſſeſſiones & Iura quecũq; in ſtatu cõuenienti cõſeruent: & diruta inſtaurẽt: ſicut ad bonoꝝ Prelatoꝝ & Cõmendatarioꝝ officiũ ſpectat.

¶Statuimus ẽt: ut dicti Car.circa nũeꝝ familiariũ/ equorũq; ſuis impeñ.alẽdoꝝ: magna utant̃ circũſpectione: ac diligẽti p̃uidẽtia ne maiorẽ numeꝝ ꝙ ſua facultas cõditioue ac dignitas patiat̃/ habẽtes: luxus ac p̃digalitat' uitio notari poſſint: Neue rurſus auari ſordidiq; habeant̃: ſi in magnis & amplis redditibus pauciſſimis uictũ prebeãt/cũ domus Car.patẽs hoſpitiũ: portuſq; ac refugiũ

proboꝝ & doctoꝝ maxime uiroꝝ: & Pauperũ: Nobiliũ: hone-
ſtarumq; perſonaꝝ eſſe debeat.

¶ Sint igitur circa modũ & numerũ tenendũ prudentes: ac de fa-
miliariũ qualitate in primis curioſi: ne ex alienis uitiis turpem ſi-
bi contrahant infamie notam: uulgoq; obloquendi: calumnian-
diq; iuſtas prebeant occaſiones.

¶ Et cũ maxime prouidendũ ſit: ut non ſolũ corã Deo: cui primũ
placere debemus: ſed etiã corã hoĩbus opa nr̃a pbent̃: ut ceteris
exemplo ad imitandũ poſſimus eſſe: Ordinamus: ut q̃libet Car.
ſe Domus ac Familie ſue optimũ Rectorẽ / Prefectũq; oſtendat
eſſe: tam circa ea que extrinſeca oĩbus apparent: q̃ que intus la-
tent abſcondita. Habeat itaq; eoꝝ quiſq; Sacerdotes & Leuitas:
honeſtis ueſtimẽtis indutos. Attẽteq; puideat: ne quis in familia
ſua quoquomodo bñficiatus: & in ſacris ordinibus cõſtitutus: ue-
ſtes portet uerſicolores: nec eo habitu utat̃: qui ordini eccleſiaſti-
co parũ cõueniat. Quare in Pbr̃atus ordine cõſtituti: Veſtes co-
loꝝ qui Clericis a Iure nõ phibeãt / deferre debeãt: uſq; ad talos
ſaltẽ demiſſas. Et hñtes dignitates in Cathedralibus: & Canonici
etiã dictaꝝ Cathedraliũ: ac primã dignitatẽ in Collegiatis hñtes
& Cardinaliũ Capellani miſſam celebrantes Caputiũ deferre in
publico teneant̃. Scutiferis uero paulo ſupra talos cõcedantur.

¶ Parefrenarii q̃a in aſſiduo ſunt motu: miniſterioq; funguntur
laborioſiore / breuioribus ac magis expeditis ueſtibus uti poſſint
etiã ſi fuerint Clerici: dũmodo in Pbr̃atus ordine nõ ſint conſtitu-
ti: ita tñ ut ab honeſtate nõ diſcedant: ſed ita uiuant: ut mores Ec-
cleſiaſticis ſuis ordinibus nõ diſcrepent.

¶ Reliqui uero Clerici temperate ac modeſte omnia faciant. Et
tam ipſi Clerici beneficiati q̃ in ſacris ordinibus cõſtituti: comã
neq; barbã nõ nutriant: neq; Mulas: aut equos cũ phaleris: orna-
mentiſq; ex uelluto: aut ſerico factis habeant: ſed eiuſmodi rebus
ex panno tantũ: aut corio ſimpliciter utantur.

¶ Si q̃s aũt familiariũ predictoꝝ cõtra fecerit: ac poſt tres mẽſes
legitima monitione precedẽte a pñtium publicatione: hmõi Ve-
ſtes prohibitas geſtauerint: in excõicationem incurrat.

¶ Si uero intra tres alios menſes nõ ſe correxerit: a perceptione
fructuum ex beneficiis que obtinet: ſuſpenſus intelligatur. Q̃d ſi
per alios ſex menſes in hmõi pertinacia obſtinatus permanſerit:
legitima ſimiliter monitione precedẽte / beneficiis omnibus que-
cunq; habet priuatus ſit: & eſſe cenſeatur. Eaq; ſic uacantia a Sede
Apoſtolica libere impetrari ualeant.

¶ Que oĩa & ſingula in noſtris: & cuiuſcunq; Ro. Pont. pro tpe
exñtis Familiaribus: & ſimiliter in oĩbus aliis Clericis beneficia-
tis: uel in ſacris ordinibus cõſtitutis: ac etiã Curialibus locũ habe-
re uolumus. Hoc uno tantũ excepto: q̃ dicti noſtri: & Ro. Pont.
familiares / rubri coloris ueſtimẽta geſtare poſſint: pro decentia
& conſuetudine dignitatis Pontificalis.

¶ Et q̃m ad Car. maxime ſpectat opeꝝ optimoꝝ curã p uiribus
laborabũt ſcire: que Regiões hereſibus erroribuſq; ac ſupſtitioni-
bus cõtra uerã & orthodoxã fidẽ exñtibus / infecte ſint: & ubi diui-
noꝝ mandatoꝝ Eccleſiaſtica deficiat diſciplina.

¶ Quiq; Reges: ac Principes: ſeu Populi Bellis infeſtent̃: uel in-
feſtari timeant. Hec & hmõi ſcire: ac nobis: & Ro. Pont. pro tpe
exñti referre operã dabũt: ut oportuna & ſalutaria talibus malis:
ac peſtibus remedia: uigilãti ſtudio excogitari ualeant.

¶ Et cũ freq̃nti: ac ppe quotidiana expiẽtia notũ ſit Prouinciis: ac
Ciuitatibus pp ſuoꝝ Legatoꝝ de latere abſentiã multa ſepius cõ-
tingere mala: uariaq; nõ ſine Apo. Sedis piudicio ſcãdala oriri.

¶ Statuimus & ordinamus: ut nullis Car. Prouĩcias ac Ciuitates
Legatiõis titulo obtineñ. eas p Locumteneñ: aut Officiales quoſ-
cũq; adminiſtrare liceat: ſed pſonalr ipi p maiori pte tpis adeſſe:
atq; eas oĩ uigilãtia regere & gubernare teneant̃. Et qui nũc titu-
lũ Legationis obtinent: aut pro tpe obtinebunt: ſi in Italia intra
tres menſes: ſi extra Italiã quinq;: a die pñtis publicationis ad ſuas
Prouincias ire: ac maiorem tpis ptem ibi reſidere teneant̃: niſi de
nr̃o: uel ſucceſſoꝝ nr̃oꝝ mandato pro aliq̃bus grauioribus nego-
tiis in Ro. Cu. retineant̃: uel ad alia loca prout neceſſitas poſtu-
lat mittant̃: & tũc in dictis Prouinciis: ac Ciuitatibus Vicelega-
tos: Auditores: & Locumteneñ. ceteroſq; cõſuetos Officiales cũ
debitis prouiſionibus ac ſalariis habeãt.

¶ Qui premiſſa oĩa & ſingula nõ ſeruauerit: emolumẽtis quibuſ-
cũq; Legationis careat: que quidẽ ppter hoc antiquitus ordinata
& inſtituta fuerũt: ut oportuna Legatoꝝ preſentia Populis eſſet
ſalutaris: nõ ut ipſi laboꝝ & curarũ penitus expertes: lucro tantũ
ſub Legationis titulo inhiarent.

¶ Et cum Card. officiũ in primis uerſetur in frequenti Ro. Pont.

aſſiſtentia: & Sedis Apoſtolice negociis: propterea ſtatuimus ut
omnes Card. in Ro. Cu. reſideant: & qui ſunt abſentes/ ſi in Italia
intra Sex menſes: ſi extra Italiam infra Annũ a die publicationis
preſentis Conſtitutionis reuertantur.

℄ Alioqn fructus beneficiorꝫ: & oĩum Officiorꝫ ſuorꝫ emolumẽ
ta amittãt: omnibuſq; priuilegiis gñaliter ac ſpecialiter Card. cõ
ceſſis/ q̃diu abſuerint omnino careãt. Exceptis tñ illis: quos rõne
officii ab Apo. Sede iniũcti: uel de Ro. Pont. mãdato aut licentia
uel iuſto metu: aut quauis alia legitima cauſa impedite: uel egro
tationis abeſſe cõtingat/ Priuilegiis indultis & imunitatibus eiſ
dem Card. conceſſis: & in Bulla nr̃a ſub Dat. Coronationis nr̃e
cõtentis & expſſis in ſuo robore nihilominus pmanentibus.

℄ Statuimus inſup: ut Expenſe funebres Car. cõputatis omnibus
M. D. floreñ. ſummã excedere nõ debeant: niſi Executorꝫ proui
dẽtia (iuſtis allegatis cauſis ac rõnibus) plus exponendũ eſſe du
xerint. Exequie: & Caſtrũ doloris Prima & Nona die fiant: Infra
Octauã uero Miſſe de more celebrentur.

℄ Pro reuerentia aũt Aplice Sedis: utilitateq; & honore cõmuni
Pont. & ipſorꝫ Card. Et ut ſcandalorꝫ: que naſci poſſent/ occaſio
tollatur: maiorq; in ſacro Senatu libertas uotorꝫ fiat: Liceatq; (ut
par eſt) Card. cuiq; ſm Deum & conſcientiam ſuam libere & im
pune quodcunq; ſentiat dicere.

℄ Statuimus: ne quis Card. uota in Cõſiſtorio data: & quecũq; ibi
geſta aut dicta: que in odiũ: aut preiudiciũ: aut ſcãdalum alicuius
redundare poſſent: ſcripto aut uerbo: uel quouis alio modo reue
let/ ſub pena periurii & inobedientie: Et quotienſcũq; a nobis &
Ro. Pont. pro tpe exiſtente ſpecialiter & expreſſe ultra premiſſa
indictũ fuerit ſup aliqua re ſilentiũ. Si quis contrafecerit: ultra di
ctas penas/ Excõicationem late ſententie incurrat: A qua nõ poſ
ſit abſolui: niſi a Nobis: uel prefato Pont. Ro. & cum expreſſione
cauſe: preterq̃ in mortis articulo.

REFORMATIONES CVRIE ET ALIORVM.

ET cũ oĩs etas ab adoleſcentia prona ſit ad malũ: & a teneris
aſſueſieri ad bonũ magni ſit operis & effectus: Statuimus &
ordinamus: ut Magrĩ Scolarꝫ: & Preceptores/ Pueros ſiue
Adoleſcentes/ nedũ in Grãmatica & Rethorica: ac ceteris hmõi
erudire & inſtruere debeãt: uerũetiã docere teneãt ea: que ad reli
gionẽ ptinent: ut ſunt pcepta diuina: Articuli fidei: ſacri hymni &
pſalmi: ac Sctõrꝫ uite. Diebuſq; feſtiuis nihil aliud eos docere poſ
ſint: q̃ in rebus ad religionẽ & bonos mores ptinẽtibus. Eoſq; in
illis inſtruere hortari & cogere inq̃tũ pñt teneãt: ut nedũ ad Miſ
ſam: ſed etiã ad Veſpas diuinaq; officia audienda ad Eccl'ias acce
dant: & ſimiliter ad predicationes & ſermones audiendos impel
lant: Nihilq; contra bonos mores: aut quod ad impietatem indu
cat eis legere poſſint.

℄ Ad abolẽdã uero execrabilẽ blaſphemiã: que ĩ maximũ diuini
nõis: & Sctõrꝫ cõtemptũ ſupramodũ inualuit: Statuimus & ordi
namus: ut quicũq; Deo palã ſeu publice maledixerit: cõtumelio
ſiſq; ac obſcenis uerbis dñm nr̃m Ieſũ xp̃m: uel gl'ioſam uirginẽ
Mariã eius genitricẽ: expſſe blaſphemarauerit: Si munus publicũ
iuriſdictionẽue geſſerit: pdat emolumẽta triũ mẽſiũ p pr̃ia & ſecũ
da uice dicti officii: Si tertio deliq̃rit/ illo eoipſo priuatus exiſtat.

℄ Si Clericus uel ſacerdos fuerit: eoipſo q; de delicto hmõi fuerit
cõuictus: ẽt bñficiorꝫ quecũq; habuerit fructibus applicãdis ut in
fra unius Anni mulctet: & hoc ſit pro pr̃ia uice qua blaſphemus
ita deliquerit. Pro ſcd̃a uero ſi ita deliquerit: & cõuictus ut prefer
tur fuerit: ſi unicũ habuerit bñficiũ eo priuet: Si aũt plura: q̃d Or
dinarius maluerit: id amittere cogat. Q̃d ſi tertio eius ſceleris ar
guat & cõuincat: dignitatibus ac bñficiis oĩbus quecũq; habuerit
eoipſo priuatus exiſtat: ad eaq; ulterius retinẽda inhabilis reddat
eaq; libere impetrari & conferri poſſint.

℄ Laicus uero blaſphemãs: ſi nobilis fuerit/ pena xxv. ducatꝫ mul
ctet: & p ſcd̃a uice. L. Fabrice baſilice Pricipis apl'orꝫ de urbe ap
plicãdorꝫ: & aliis ut infra deducit. p tertia uero nobilitatẽ pdat.

℄ Si uero Ignobilis ac Plebeius fuerit: in Carcerẽ detrudat. Q̃d
ſi ultra duas uices publice blaſphemãs dephẽſus fuerit Mitra inſa
mi p integrũ diẽ añ fores eccl'ie pricipalis mitratus ſtare cogat.

℄ Si uero pluries in hoc ipm pctũm lapſus fuerit/ ad ppetuos Car
ceres: uel ad Triremes dãnet: ad Iudicis deputati arbitriũ. In fo
ro aũt cõſcientie nemo blaſphemie reus: abſq; grauiſſima penitẽ
tia ſeueri Confeſſoris arbitrio iniuncta poſſit abſolui. Qui uero
Sanctos reliquos blaſphemauerit: arbitrio Iudicis rõne m pſona
rũ habituri mitius aliquãto puniri uolumus.

¶ Statuimus etiã: ut ſeculares Iudices: qui cõtra tales blaſphemie
conuictos nõ animaduerterint: eoſq; iuſtis penis minime affece
rint: q̃tum in eis fuerit: quaſi eidẽ ſceleri obnoxii: eiſdẽ quoq; pe-
nis ſubiiciant. Qui uero in illis inquirẽdis puniendiſq; diligen-
tes & ſeueri fuerint: pro qualibet uice Decem Annoꝝ Indulgen
tiã conſequant: & tertiã ptẽ mulcte pecuniarie habeãt. Quicunq;
uero blaſphemantẽ audierint: eũ uerbis acriter obiurgare teneãt
ſi citra periculũ ſuũ id fieri poſſe cõtinget: eundẽq; deferre uel no
tificare apud Iudicẽ Eccl'iaſticũ ſeu ſecularẽ intra triduũ debeant:
Qd ſi plures dictũ blaſphemãtem ſimul audiuerint: ſinguli eum
accuſare teneant: niſi forte omnes conuenerint: ut unus pro cun-
ctis tali fungatur officio.

¶ Quos oẽs in uirtute ſctẽ obedientie hortamur & monemus in
dño: ut pro diuini nominis honore ac reuerentia: in ſuis Domi-
niis ac terris premiſſa oĩa ſeruari: & exactiſſime exeq mãdent: ac
faciãt: uberrimã ab ipſo deo tã boni ac pii opis mercedẽ habituri
ſimilẽq; Annoꝝ decẽ Indulgentiã ab Ap'lica Sede cõſecuturi: cũ
tertia pte mulcte qua dictus blaſphemus plectet: quotiẽs tale ſce-
lus puniẽdũ curauerit. Quã qdẽ Indulgẽtiã: & reliquã tertiã mul
cte ptẽ Accuſatori / blaſphemi nomẽ deferenti ſimiliter cõcedi &
aſſignari uolumus: Aliis penis cõtra hmõi blaſphemos p ſacros
Canones expſſis nihilominus in ſuo robore manẽtibus.

¶ Vt Clerici pſertim caſte cõtinenterq; iuxta Canonũ precepta ui
uant: Statuimus: ut cõtrafacientes acriter ſcḋm Canones puniãtur.
Si quis uero tam Laicus q̃ Clericus de crimine: propter qḋ uenit
Ira dei in filios diffidentie / conuictus fuerit: Penis per ſacros Ca-
nones: ac Ius Ciuile reſpectiue impoſitis puniatur.

¶ Concubinarii aũt: ſi Laici ſeu Clerici fuerint: eorundẽ Canonũ
penis mulctent: neq; Supioꝝ tollerãtia: ſeu praua cõſuetudo: que
potius corruptela dicẽda eſt / a multitudine peccantiũ: aliaue que-
libet excuſatio eis aliquo modo ſuffragetur: Sed iuxta Iuris cenſu
ram ſeuere puniant.

¶ Ad bonũ uero & quietum regimen Ciuitatum: ac locoꝝ oĩum
Ro. Eccleſie ſubiectoꝝ / Conſtitutiones bone memorie Egidii
Epiſcopi Sabineñ. olim editas / innouamus: Eaſq; inuiolabiliter
ſeruari precipimus & mandamus.

¶ Et ut nepharie Simonie labes: ac peſtis / nõ ſolum a Ro. Cu. ſed
ex omni etiã Chriſtiana ditione imperpetuũ eiiciatur: Conſtitu-
tiones per anteceſſores noſtros: etiam in ſacris Conciliis contra
hmõi Simoniacos editas innouamus: eaſq; inuiolabiliter ſeruari
precipimus: Ac penas in eis cõtentas pro expreſſis & inſertis ha
beri: & delinquentes etiã Auctoritate nr̃a affici uolumus.

¶ Statuimus quoq; & ordinamus: ut quilibet habẽs beneficiũ cũ
cura: uel ſine cura: ſi poſt Sex menſes ab obtento beneficio diui-
nũ officiũ nõ dixerit: legitimo impedimento ceſſante: bñficioꝝ
ſuoꝝ fructus ſuos non faciant: pro rata obmiſſionis recitationis
Officii: & temporis: ſed eos tanq̃ iniuſte perceptos / in Fabricas
hmõi beneficioꝝ: uel Pauperꝝ elemoſinas erogare teneatur. Si
uero ultra dictum tempus in ſimili negligentia cõtumaciter per-
manſerit (legitima monitione precedente) beneficio ipſo priue-
tur: cum propter officiũ detur beneficiũ. Intelligatur aũt officium
omittere: quoad hoc ut beneficio priuari poſſit: qui per .xv. dies
illud bis ſaltẽ non dixerit: Deo tñ ultra pmiſſa de dicta obmiſſio
ne reddituri rõnem. Que pena in hñtibus plura beneficia reite-
rabilis totiens ſit: quotiens cõtrafacere conuincatur.

¶ Et cum fructuũ Eccleſiaꝝ Cathedraliũ: & Metropolitañ. Mo-
naſteriorũq;: & alioꝝ quorũcunq; beneficioꝝ eccleſiaſticoꝝ ple
naria diſpoſitio & adminiſtratio ad nos: & Ro. Pont. pro tpe exi
ſtentẽ: & illos etiã: qui eiuſmodi Eccleſias: Monaſteria: & benefi-
cia Iure & canonice obtinent: ſolũ pertineat: Seculareſq; Princi
pes omni etiã diuino Iure id prohibente: dictis Eccleſiis: Mona-
ſteriis: ac beneficiis intromittere ſe nullatenus debeãt: Statuimus
& ordinamus: ut fructus redditus & prouen. Eccleſiaꝝ: Monaſte
rioꝝ: ac beneficioꝝ per Seculares ullos Principes: etiã ſi Impera
tor: aut Reges: Regineue: ſeu Reſpublice: uel Potentatus fuerint
aut per eoꝝ Officiales: ſeu Iudices etiã Eccl'iaſticos: uel quaſcũq;
alias pſonas publicas: uel priuatas: de eorundẽ Imperatoris: Re-
gum: Reginarũue: ac Principũ: Rerumq; publicaꝝ: uel Potenta
tuũ mandato ſequeſtrari: occupariue: aut modo aliquo detineri.
Ipſiq; hmõi Eccleſias: Monaſteria: ac beneficia obtinẽtes ſub pre
textu Fabrice: inſtaurationiſq; ſine Ro. Pont. pro tpe exñtis ex-
preſſa licentia: aut Elemoſinaꝝ: ſeu quouis alio colore: aut fuco
impediri nõ debeant quominus de illis ut antea libere ac ſine im
pedimento diſponere ualeãt. Et ſi ſequeſtrati fuerint occupatiue
aut detenti: integre libereq; ac ſine exceptione uel mora / Prelatis
ad quos iure legitimeq; ſpectant reſtituãtur: De quibus ſi diſſipati

nusq̃ reperiri poſſint: eoꝝ iuſta eſtimatione facta dictis Prelatis
ſatiſfieri uolumus: per eos: qui dictas ſequeſtrationes: applicatio-
nes: diſſipationeſq; fecerint: aut fieri mandauerint: ſub pena excõ-
municationis: & interdicti Eccleſiaſtici: taliũ Principum Terris
& dominio eoipſo incurrendis.
¶ Et ut eoꝝ: ac eiſdem ſubiectoꝝ bona ubicũq; reperta: ſi moniti
parere noluerint: capi & retineri poſſint. Ipſi uero cõtrafacientes
tam ſupradictis penis q̃ priuationis feudoꝝ & priuilegioꝝ: que a
nobis: & Romanã uel aliis Eccleſiis nũc & pro tpe obtinuerint: &
aliis cõtra uiolatores & oppſſores libertatis eccl'iaſtice: etiã p Ex-
trauagãtes & alias Cõſtitutiones etiã incognitas: & forſitã in uſu
nõ exñtes impoſitis: Quaꝝ oium tenores p expſſis etiã inſertis
hñtes innouamus: ac ppetuũ firmitatis robur hr̃e decernimus &
declaramus: ac ſm eas p quoſcũq; Iudices: etiã S. R. E. Card. ſub-
lata & adempta eis alr̃ iudicãdi declarãdiq; ptãte / ſententiari iudi-
cari & interpretari debere uolumus atq; mandamus.
¶ Et cũ a Iure tã diuino q̃ humano Laicis ptãs nulla in Eccl'iaſti-
cas pſonas attributa ſit: Innouamus oẽs & ſingulas Cõſtitutiones
fe. re. Bonifa. viii. pdeceſſoris nr̃i que incipit / Felicis: & Clemẽ.
v. que incipit / Si quis ſuadẽte. Necnõ quaſcũq; alias Aplicas ſan-
ctiones: in fauorẽ libertatis Eccleſiaſtice: & cõtra eius uiolatores
quõlibet editas: & penis etiã cõtra talia pſumẽtes in Bulla: que le-
git in Cena dñi cõtentis: in ſuo robore pmanentibus.
¶ Et cũ in Lateranẽ. pariter ac Cõciliis gñalibus ſub excõis pe-
na prohibitũ fuerit: ne Reges: Principes: Duces: Comites: Baro-
nes: Reſpub. & alii Potentatus quicũq; Regnis: Prouinciis: Ciui-
tatibus: ac Terris quoquomõ preſidentes: Collectas: Decimas: &
alia hmõi onera Clericis: Prelatis: & aliis qbuſcũq; pſonis Eccl'ia-
ſticis imponãt exigãtq;: Ne ue a ſponte etiã dãtibus & cõſentien-
tibus recipiãt: atq; in pmiſſis auxiliũ fauorẽ conſiliũue palã uel oc-
culte pſtantes: in excõis late ſnĩe penã eoipſo incidãt. Et ipe quoq;
Reſpub. ac Cõitates: & Vniuerſitates circa hoc quõlibet delin-
quentes / Eccl'aſtico eoipſo ſubiiciant interdicto. Prelati etiã pre-
miſſis abſq; Ro. Pont. expreſſa licentia ultro cõſentiẽtes / Excõis
& depoſitionis penã ipſo facto incurrãt.
¶ Statuimus & ordinamus: ut de cetero talia preſumẽtes: etiã ſi ut
preferẽ qualificati fuerint: ultra ſupradictas penas: quas contraue-
nientes eoipſo incurrere uolumus & inouamus: ad omnes actus
legitimos inhabiles & inteſtabiles habeantur.
¶ Et cum ſm Leges Ciuiles: & ſacroꝝ Canonũ cenſuras / Sortile-
gia per inuocationes demonũ: incãtationeſq;: ac diuinationes ſu-
perſtitiones prohibite ſint: Statuimus decernimus & ordinamus
ut Clerici: qui in premiſſis culpabiles inuẽti fuerint: arbitrio Su-
perioꝝ infamia notẽtur. Si uero nõ deſtiterint / deponãtur: atq; in
Monaſteriũ ad tempus arbitrio Superioris perfiniendũ detrudã-
tur: beneficiiſq; & officiis eccleſiaſticis priuentur.
¶ Laici uero utriuſq; ſexus / Excõicationis & aliis penis Iuris tam
Ciuilis q̃ Canonici ſubiaceant.
¶ Et ut omnes ficti Chriſtiani: ac de fide male ſentiẽtes: cuiuſcũq;
generis aut nationis fuerint: Necnõ heretici: ſeu aliqua hereſis la-
be polluti: uel iudaizantes / a Chriſtifideliũ cetu penitus eliminen-
tur: & a quocunq; loco: & preſertim e Ro. Cu. expellantur: ac de-
bita animaduerſione puniantur.
¶ Statuimus: ut cõtra eos diligẽti inqſitione ubiq; / & in dicta Cu.
maxime pcedatẽ per Iudices per nos deputãdos: Et eius criminis
reos: & legitime conuictos / debitis penis puniri. Relapſos uero
abſq; ulla ſpe uenie aut remiſſionis affici uolumus.
¶ Et cũ Cõſtitutiones & ordinationes nr̃e hmõi: quas pro nunc
ordinamus / Vitã: mores: Eccl'iaſticãq; diſciplinã concernãt: tam
Officiales nr̃os q̃ alios: tam in Ro. Cu. q̃ extra / ubiq; locoꝝ cõ-
morãtes imitari cõuenit: illis ligari: eoſq; ad eoꝝ obſeruationem
inuiolabiliter teneri uolumus atq; decernimus. Et ne Cõſtitutio-
nes ipſe aliis cenſuris ac penis: in cõtrafacientes per antiqua Iura
& Cõſtitutiones impoſitis / derogare in aliquo uideantur: cum ad
augmentũ edite atq; excogitate fuerint: Etiã declaramus per eaꝝ
diſpoſitiões ordinationeſq; nihil prorſus Iuri cõmuni: uel decre-
tis alioꝝ Ro. Pont. ullatenus derogatũ eſſe.
¶ Quinimo ſi qua in eis propter peruerſam tempoꝝ: aut locoꝝ:
uel hoĩum corruptelã: uel abuſum: aut quamcũq; aliã cauſam mi-
nime probandam / uigorem ſuũ amiſerint: ea ex nunc inouamus:
cõfirmamus: & inuiolabiliter obſeruari mãdamus. Quas noſtras
conſultiſſimas Cõſtitutiones poſt duos Menſes ab eaꝝ publica-
tiõe ligare debere etiã decernimus & declaramus. Diſtrictius in-
hibẽtes: ne qs eas gloſare: uel ſup eis Cõmentaria: interpretatio-
neſue facere: abſq; ſpeciali noſtra: uel Sedis Aplice licentia preſu-
mat. Si quis autẽ auſu temerario contrauenerit: Excõmunicatio-

nis late ſententie penã eo ipſo incurrat. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginã noſtrorum Statuti/ſanctionis/reformationis/intentionis/ordinationis/exhortationis/monitionis/precepti/uoluntatis/innouationis/confirmationis/mandati/decreti/declarationis/& inhibitionis infringere: uel ei auſu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attemptare preſumpſerit: indignationem omnipotentis Dei: ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Rome in publica Seſſione: in Lateranen. Sacroſancta Baſilica ſolemniter celebrata. Anno Incarnationis dñice Milleſimoquingẽteſimoquartodecimo. Tertio Non. Maii Pontificatus noſtri Anno Secundo.

¶ Bulla ſeu Cedula Indictionis. X. Seſſionis Sacroſancti Lateranen. Concilii: Lecta per Reueren. Patrem Archiepm Neapolitan. in Nona Seſſione.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei: Ad futuram rei memoriã/Sacro approban. Concilio.

¶ Et ad hoc: ut hoc ſacrum Lateranen. Conciliũ ad finem uberrime: ſperateque utilitatis pducatur: Poſſintque dicti Prelati: & alii uocati cõmode uenire: & pſonaliter adeſſe ut ſperamus: Alia nanque plura: & grauiora in eo tractanda diſcutiendaque remaneant: Ad omnipotentis dei laudem: & Eccleſie ſue exaltationem: Decimã Seſſionem continuationis Celebrationis ipſius ſacri Lateranen. Concilii/Kal. Decembris: que erit Sexta feria poſt feſtũ Andree Apoſtoli. M. D. XIIII. Pontificatus noſtri Anno Secũdo: Sacro Concilio approbante indicimus. Nullli ergo omnino hominũ liceat hanc paginã noſtre Indictionis/ deſignationis/ uoluntatis infringere: uel ei auſu temerario cõtraire. Si quis autẽ hoc attemptare preſumpſerit: indignationẽ omnipotentis dei: ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datũ Rome in publica Seſſione/ in Lateranen. Sacroſancta Baſilica ſolemniter celebrata. Anno Incarnationis dñice Milleſimoquingenteſimo quartodecimo. Tertio Non. Maii. Pontificatus noſtri Anno Secundo.